



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Carminvm Iacobi Albani Ghibbesii, Poetae Lavreati  
Caesarei, Pars Lyrica**

**Gibbes, James Alban**

**Romae, 1668**

Flavio Card. Chisio. Romanæ tutelam Academiæ ipsi à patruo, Sum. Pont. commendatam Sapientia (id enim gymnasio nomen est) immortaliter gaudens gratulatur. Ode XXV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13378**

Roma dissoluit, liquidoquè templum  
Halat odore.

Nos Deo semper resonemus vni,  
Gloriam Patri, Soboliquè laudem,  
Flamini Sancto decus, hinc in omne  
Temporis ævum.

## FLAVIO CARD. CHISIO.

Romanæ tutelam Academiæ ipsi à patruo, Sum. Pone,  
commendatam SAPIENTIA (id enim gymnasio no-  
men est) immortaliter gaudens gratulatur.

## ODB XXXV.

**R**omanus merito cùm Pater adderet  
Post ostrina Tyri vellera FLAVIO  
Docti regna Lycei;  
Centum plausibus artium  
De cœlo resonis, vox SAPIENTIAE  
Audita est iuueni. Macetè nouis, noue  
Rex, virtutibus esto,  
Et factis patruum refer.  
Non Cyri studio, aut Herculis indoli  
Posthac inuidas: te vitij via  
Nunquam flexit inertem,  
Tu clarum sequeris decus.  
His altum gradibus iam Capitolium,  
His quondam rutilum moribus æthera  
Scandes victor, amantum  
Inter vota Quiritium.  
At serò! genibus numina flagitant  
Curuis: ô potius tutor ames diū  
Cum Pastore supremo  
Spectari cupidi gregis:  
Hic, hic sollicito ut Mercurij iubar  
Affulge populo: Sol micat aureus;  
Currum Solis at ille  
Indivisus agit comes:

Ma-

30 IAC. ALE. GIBBESII

Magnus, fac, roseo pastor Apollini

Stellarum similis motibus imperet :

Terræ te globus imæ ,

Felicesquè vicarium

Prouisit homines ritè negotijs

Agnoscant dominum . Quis bona mentibus

Largiri valet æquè ,

Aut defendere munera ?

Nostras ô igitur respice porticus ,

Et deuota fons pectora Palladi ;

Vt, te præside, Roma

Pœciles habeat Sophos .

### AD LAELIVM VRSINVM.

*Auroram Musis amicam esse.*

### O D E   XXVI.

L A E L I , compositas dedere iam manus

Cogor, docte, tibi . Somnus inertiam

Sacris degenerem vatibus, heu, parit ,

Parnassi parit incolis .

Namquè hac, crede mihi, nocte Aganippidos

Lymphæ visus eram ducere pocula ;

Hinc & Gorgoneo celsus in alite

Musarum ad virides domos ,

Cyrrhæumquè nemus feruidus euehi ;

Lesboäm increpuit cùm Polyhymnia

A tergo citharam, mequè peracribus

Illusit tumidum iocis .

Huc, huc ô proprius ; Castaliæ retrò

Diuæ cedite : mons èn patet arduus

Soli, magne, tibi . Parta soporibus

Quanti gloria nominis !

Quantos, Somne, viros castra ferunt tua ;

Doctos quāmque breui ! Turgide, lūntes

Spe-